

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exertationes philosophicae, ad varia phil. partium capita accomodatae -  
Ettenheim-Münste 105

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio II.

[urn:nbn:de:bsz:31-110983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110983)

Resp. Dist. maj. Inaequae sunt eadem uni tertio adaequate sunt, sunt eadem inter se, cons. Inaequae sunt eadem uni tertio inaequae sunt eadem inter se, neg. maj. et sic Dist. min. neg. cons. Nam Animalitas et Rationalitas non sunt eadem uni tertio, nempe homini, nisi inaequae sunt, vel pro animali vel pro rationali tantum; Animalitas quippe non est id omne, cui identificatur homo, ut qui etiam Rationalitati identificatur.

Ob. 4<sup>o</sup> Totus homo dicitur corporeus, totus etiam rationalis. Ergo 55. Corporeitas et Rationalitas in homine minimè distinguuntur.

Resp. Dist. ant. Totus homo dicitur corporeus quantum ad denominationem, quia denominatio est totus suppositi, cons. quantum ad rem ipsam, neg. ant. et cons. Quantum enim ad rem ipsam homo non est totus corporeus, nec totus rationalis seu spiritalis, sed partim corporeus, et partim spiritalis seu rationalis.

Ob. 5<sup>o</sup> Animalitas Petri dicit etiam Rationalitatem Petri. Ergo non 56. Distinguuntur. Prob. ant. Animalitas Petri non est sine Rationalitate Petri. Ergo p.

Resp. neg. cons. Licet enim Animal sine Rationalitate in Petro esse non possit, non tamen idè identificatur Animalitati, sed utraque est pars hominis essentialis re verò distincta.

Ob. 6<sup>o</sup> Juxta Philosophos illos, qui tuentur Bonta cogitare et hoc modo ratiocinari, ac proinde habere animam spiritalem: à quâ sententia minimè abhorremus, prout patet ex c. 4. part. 2. Metaphysices nostrae n. 175. et seq. atque etiamnum infra dicemus: Animalitas et Rationalitas in Bonta inter non distinguuntur realiter, sed sunt unum quid et idem. Ergo etiam à pari non videtur necesse, ut in homine inter se realiter distinguantur.

Resp. neg. maj. Nam Philosophi illi, qui tuentur Bonta cogitare et hoc modo ratiocinari, etiam in Bonta Animalitatem et Rationalitatem inter se realiter distinguunt, hancque, quemadmodum in homine, asserunt esse principium functionum spiritalium, illam verò principium functionum corporarum, p.

Exercitatis Secunda.  
ad cap. i. part. i. Metaphysices, De Ente  
et modo Entis generationis. n. ii.  
An dentur Naturae universales à parte rei, vel saltem in mente?

Conclusio 1<sup>a</sup> Nulla datur à parte rei, seu, ut ajunt, in essendo 58. Natura Universalis, seu formaliter una in multis.

Prob. Tunc non datur à parte rei Natura quaedam Universalis seu formaliter una in multis, si à parte omnis natura est multiplex et divisa in multis. Atqui sic res se habet. Ergo p.

Prob. min. Tunc à parte rei omnis natura est multiplex et divisa in multis, quando e.g. natura humana seu humanitas: eadem est ratio ceterarum omnium naturarum: in Petro, Paulo, et reliquis humanis individuis seu hominibus est à parte rei multiplex ac realiter distincta et divisa. Atqui natura humana seu humanitas in Petro, Paulo, et reliquis humanis individuis seu hominibus est multiplex ac realiter distincta et divisa. Ergo p. Prob. min. Natura humana Petri est Mens et Corpus Petri. Atqui Corpus et Mens Petri

13

non sunt idem sed realiter distinguuntur à natura seu Mente et Corpore Pauli, p. Prob. min. Si Corpus et Mens Petri non essent realiter distincta à Corpore et Mente Pauli, p. tunc necessario sequeretur Petrum et Paulum esse unum eundemque hominem. atque hoc falsissimum est scilicet eos esse unum eundemque hominem. Ergo p.

Confirmatur. Ut multiplicentur Concreta, propter pluralitatem Suppositorum, requiritur etiam pluralitas formarum. Atque Homo v.g. est Concretum. Ergo ad eius multiplicationem, propter pluralitatem Suppositorum, requiritur etiam pluralitas formarum ipsius. Subsum. Atque forma hominis est natura humana seu humanitas. Ergo ubi multiplicentur homines, etiam naturas humanas seu humanitates multiplicari necesse est; scilicet enim sequeretur posse dari Suppositum ~~sub~~ forma essentiali seu natura carens; quod dicere ita absurdum est, ut nihil magis. Ergo non datur à parte rei seu in essendo Natura aliqua universalis.

59. Conclusio 2<sup>a</sup> Neque datur Natura aliqua Universalis in predicando seu quae de multis simul predicetur aut eis attribuat.

Prob. Nulla entat Natura apta ut de multis simul predicetur. Ergo non datur Universale in predicando. Prob. ant. Cum Petrus e.g. dicitur homo, et Paulus homo, p. non idem homo de utroque predicatur, sed multiplex, seu alius et alius; quemadmodum non una eademque, sed distincta inest utrique humanitas. Ergo p. Prob. ant. Cum terminus universalis, sive qui multa significat, de singulari predicatur, non retinet suam universalitatem, sed ad unum determinatur; quando enim dicitur v.g. Petrus est homo, sensus non est, Petrum esse hominem in genere, sed Determinatum aliquem, seu hunc hominem. Ergo p.

60. Conclusio 3<sup>a</sup> Datur Universale in representando. Prob. Datur idea objectiva à singularibus per mentem abstracta, quae licet ratione sui sit singularis ac una, multa tamen representat. Atque in hoc consistit Universale in representando. Ergo p. Prob. maj. Idea hominis e.g. omnes homines simul exhibet. Ergo p.

In hoc infertur Nomen, quod ideam exprimit universalem, etiam esse Universale in significando. Sic vox seu nomen Homo omnes homines significat. Cum ergo aliquid multis convenire pronuntiat, ea generali quaedam idea exhiberi et communi nomine exprimi intelliguntur.

Solvuntur Objectiones.

61. Ob. 1<sup>o</sup> contra Conclus. 1<sup>am</sup> Nam Idea Natura est una in multis, quae est ejusdem speciei in illis. Atque Natura humana v.g. in Petro et Paulo est ejusdem speciei. Ergo est una in illis.

Resp. Dist. maj. Idea Natura est una in multis unitate fundamentalis et similitudinis, quae est ejusdem speciei, con. Unitate formali et entitatis, neg. maj. et sic Dist. min. neg. cons. Quando Natura Petri et Pauli dicuntur esse ejusdem speciei, id duntaxat indica-

tur, sicut, quod sint sibi similes, ac eidem idea respondeant, non quod se verò sint quid unum, nisi omnino improprie, eo fere modo, quo dicimus, quod duo homines secundum faciem sibi similes habeant unam eandemque faciem.

Inst. 1<sup>o</sup>. Quae una et eadem definitione explicantur, ea sunt unius et ejusdem naturae. Atqui natura humana in Petro et Paulo v.g. una et eadem definitione explicatur. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Quae una p. sunt unius et ejusdem, id est, similis naturae, quatenus sicut unam eandem ideam consentiunt, con. sunt unius et ejusdem naturae, id est, habent eandem prorsus ac indistinctam naturam, neg. maj. et sic Dist. min. neg. cons.

Inst. 2<sup>o</sup>. Illud est perfecte unum, quod est indivisum in se et divisum à quolibet alio. Atqui natura humana est indivisa in se, et divisa à quolibet aliâ naturâ. Ergo p.

Resp. Dist. min. Atqui natura humana est indivisa in se p. in uno eodémque individuo spectata, con. in multis individuis, v.g. in Petro, Paulo, p. considerata, neg. min. et cons. Natura humana enim, quae est in Petro se verò est divisa à naturâ, quae est in Paulo.

Inst. 3<sup>o</sup>. Natura humana in Petro et Paulo non includit principia sui divisiva. Ergo in illis se verò est una.

Resp. neg. ant. Nam natura humana in Petro includit Petrinitatem | ut barbarò adversariorum stylò loquamur: | seu corpus singulare ac mentem singularem Petri, et proinde est quid idem ac Petrus, atque in se includit principium sui divisivum, quod est Singularitas naturae.

Inst. 4<sup>o</sup>. Natura humana, quae est in Petro, ex se non est determinata ad Petrum. Ergo Natura humana ex se non includit Petrinitatem.

Resp. neg. ant. Nam eo ipso, quod sit in Petro ex se determinata est ad Petrum et non ad Paulum. Distingui etiam potest ant. Natura humana, quae est in Petro ex se non est determinata ad Petrum, si per mentem abstrahatur à Petro, trans. si prout est in Petro consideretur, neg. ant. et Dist. cons. Natura humana à singularibus per mentem abstracta non includit Petrinitatem, con. quatenus est in Petro, et singulariter consideratur, neg. cons. et cons. Natura humana generatim sumpta ac ab individuis per mentem abstracta | qualis tamen à parte rei non datur: | ex se non est determinata ad Petrum, nec proinde includit Petrinitatem; alias omnes homines essent Petrus; bene verò quatenus est in Petro.

Ob. 2<sup>o</sup>. Natura universales sunt Objecta Scientiarum; Scientia 62. quippe est de Universalibus. Atqui Objecta Scientiarum sunt à parte rei. Ergo etiam Natura universales.

Resp. Dist. ant. Scientia habent pro Objectis immediatis et proximis Naturas universales, id est, multas similes, con. considerant enim Scientia primario res seu naturas sub quadam universali ratione et velut à singularibus suis abstractas; seu potius tanquam singularibus suis simul et collectivè sumtis, abstrahendo ab unoquoque eorum in particulari spectatò convenientes. Pro Objectis immediatis et remotis, neg. ant. Haec quippe sunt singularia, ad qua

48688

990

ultimato Scientia terminantur; cognitio quippe homine in genere, etiam cognoscitur homo singularis, v.g. Petrus.

Inst. 2<sup>o</sup>. Non datur Scientia de singularibus. Ergo quodlibet Scientiarum Objectum est universale.

Resp. Dist. ant. Non datur Scientia de singularibus ut singularibus, et sub ratione singulari, trans. De singularibus materialiter sumtis, et que quidem sunt singularia, sed sub ratione universali considerata, neg. ant. et cons. Sic datur Scientia de Petro, v.g. quod nempe constat ex mente et corpore, sed quatenus sub idea generali hominis, qui mente et corpore constat, exhibetur. Valaliter Dist.

ant. Non datur Scientia de singularibus, id est, Scientia non spectat unum dumtaxat singulari, sed omnibus est communis, cons. Non potest esse de uno singulari, neg. ant. et cons. Unde in priori responsione diximus, trans. ant. Scientia enim pro Objecto immediato habere potest singularia, que deinde ad universalia, seu ad omnia, que sunt ejusdem cum singulari aliquo nature, extenditur.

Inst. 3<sup>o</sup>. Si Objecta immediata Scientiarum non sunt a parte rei, tunc non datur Scientia realis seu a parte rei. Absurdum cons. Ergo et ant.

Resp. 1<sup>o</sup> neg. seq. maj. Ad hoc enim sufficit, si Objecta mediata, ad que ultimato Scientia terminantur, sunt realia et a parte rei.

Resp. 2<sup>o</sup> Trans. tot. Etenim etiam etiam immediata Objecta Scientiarum sunt a parte rei; sunt quippe omnia ipsa singularia simul et collective sumta, et sub quadam idea universali considerata, que utique a parte rei existunt.

Inst. 4<sup>o</sup>. Habitus specificantur ab Objectis immediatis. Ergo si Objecta immediata non sunt realia, neque Scientia erunt reales.

Resp. 1<sup>o</sup> Dist. ant. Habitus specificantur p. id est, tot sunt diversi Habitus, quot sunt diversa Objecta immediata, cons. ant. id est, tales sunt Habitus, qualia sunt Objecta immediata, neg. ant. et cons.

Resp. 2<sup>o</sup> ut ad prius argum. Trans. tot. Nam, ut ibi dictum, Objecta immediata sunt etiam realia, atque a parte rei existunt.

63. Ob. 3<sup>o</sup> Contra Concl. 2. Jam si Homo, cum de Petro, v.g. predicatur, solum Petrus denotet, tunc hæc propositio Petrus est homo est propositio identica ac negatoria, atque idem est, ac si diceretur Petrus est Petrus, vel Ensis est gladius. Absurdum cons. Ergo et ant.

Resp. neg. seq. maj. Nam tunc tantum propositio est identica et negatoria, quando idem de se ipso predicatur eodem nomine vel termino, eodemque sensu veniente, ut si dicerem Petrus est Petrus, vel Ensis est gladius: sed cum dicitur Petrus est homo, idem de se ipso non predicatur eodem nomine, nec non vox Homo sub singulari quodam et magis distincto respectu enuntiat quis sit Petrus, nempe quod sit substantia mente et corpore physice constans. Ergo hæc propositio Petrus est homo, non est identica seu negatoria.

Inst. In eadem propositione attributum vel predicatum Homo seu natura hominis non modo inest et apta dignoscitur predicari

de Petro, sed et de Paulo, Jacobo, et omnibus ceteris hominibus. Atqui locus continetur natura universalis in predicando. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Predicatum homo seu natura hominis inest et apta dignoscitur predicari de Paulo, Jacobo, et omnibus ceteris hominibus singulariter, conc. universaliter, et velut quaedam natura universalis, quae sit provis una et eadem in singulis, neg. maj. min. et cons.

Urg. Natura hominis apta est predicari universaliter de omnibus hominibus. Ergo p. Prob. ant. Est una et eadem in omnibus hominibus. Ergo p.

Resp. neg. ant. ad ejus prob. neg. ant. Nam natura humana non est una et eadem in omnibus hominibus, sed est similis dumtaxat, et quae in Petro est differt realiter ab ea, quae in Paulo est, et sic de singulis.

Ob. 4. contra Concl. 3am Si natura per mentem abstracta concipiat una unitate entitatis, jam non erit universalis, sed singularis. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Non erit universalis sed singularis quantum ad entitatem, conc. quantum ad representationem, neg. ant. Ea enim idea universalis dicitur, quae omnia individua exhibere potest.

Ob. 5. Nulla est hujusmodi natura, quae multa representare possit. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Nulla est hujusmodi natura, p. a parte rei et in rebus ipsis, conc. ex parte mentis, neg. ant. fit enim haec idea universalis per mentis perceptionem.

Ob. 6. Mens deijicitur, cum naturam aliquam concipit, quae a parte rei talis non est. Ergo p.

Resp. neg. ant. Quia dum mens naturam ut universalem considerat, seu a singularibus abstrahit, vel denique sine singularibus concipit, non idcirco judicat, eam esse universalem, seu extra singularia existere: unde vulgo dicitur abstrahentium non esse mendacium, seu quod mens abstrahens non erret.

Exercitatio Tertia.

ad cap. 2. part. 1. Metaphysicas n. 13. et 14.

An Essentia et Existentia rei ejusdem inter se distinguantur?

Conclusio. Essentia actualis et Existentia eorumdem rei non distinguuntur inter se realiter. 68.

Prob. Illa non distinguuntur inter se realiter sed sunt unum quid et idem, quae sunt quid indivisum in se. Atqui Essentia actualis et Existentia sunt quid indivisum in se. Ergo etiam unum quid et idem. Prob. min. Ea sunt quid indivisum in se, quae dividi aut separari ab invicem nullatenus possunt. Atqui Essentia actualis et Existentia dividi aut separari ab invicem nullatenus possunt. Ergo p. Prob. min. Quandocumque ponitur Essentia actualis semper etiam ponitur Existentia, adeo ut impossibile sit, Essentiam esse actu extra causas positam, et non existere, adeoque eo ipso habere suam existentiam; seu enim esset extra causas posita simul et non posita p. Ergo p.